



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

Epistola Synodica Ad Evsebianos Scripta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

APP.  
tionem ANNO  
exulan- CHRISTI  
tud im- 341.  
on instar  
honori-  
Baronius  
lum, vt  
nte scri-  
ccipien-  
ecclesia  
sio & ab  
to anno  
o Atha-  
æ Trini-  
s potuit  
t Bellar-  
errarium  
dicto lo-

ANNO  
CHRISTI  
342.

IULIVS P. I. ROMANVM III. CONSTANTIVS CONSTANS IMP. 689

legata, subiungit: *Magnaque indignatio exorta est contra Eusebianos,*  
*quibus Iulum, cum ab eis literas accepisset, rescribere iusserunt. Hanc* Hæc Syno-  
das a pra-  
cedente  
Romana  
diuerfauit.  
*Synodum a priore Romana diuerlam non esse arbitrantes, ideo*  
*quod Athanasii aliorumque absoluciones subsecente epistola post*  
*cladem Alexandrinam enarrantur, grauiter errant; id enim factum*  
*est per anticipationem, qua solent quandoque propter rerum affini-  
tatem prius enarrari ea quæ posterius acciderunt. Anno 341. Romana*  
*Synodo prædictos episcopos absolutos, alia quadam anno 342. ce-  
lebrata Eusebianorum literas expostulatorias perfectas, ac demum*  
*mandato Synodi, per rescriptū Iulii ad Synodum sequente anno 343.*  
*Romæ congregandā, vocatos fuisse, mirum esse non debet: cum non*  
*tantum lege apostolica, de qua in Can. apostolorum supra egimus,*  
*verum etiam Antiocheno Eusebianorum Conciliabulo constitutum*  
*fuerit, vt bis in anno Concilia episcoporū saltem comprouincialium*  
*celebrentur. Vide Baronum an. 341. num 47. an. 342. num. 28. & 34.*  
*Ea quæ notauimus supra ad 4. epistolā Iulii, non parum hoc faciunt.*

### EPISTOLA SYNODICA AD EVSEBIANOS SCRIPTA.

LEGI epistolam vestram, &c. *Excusa est supra inter Iu-  
lianis quarta.*

ANNO 344. CONCILIVM ANTIOCHENVM II.  
AB ARIANIS CELEBRATVM SVB IVLIO.

#### NOTA.

\* *Concilium Antiochenum II.]* Hanc Synodum ab Arianis, anno tertio post Antiochenam in encæniis celebratam, habitam fuisse Antiochiæ, anno Christi 344. atque in ea prioribus quatuor fidei formulis reiectis, aliam ceteris prolixiorē, & ad occidentales episcopos, quos nulla adhuc Arianæ perfidiae labecula contaminarat, decipientes conuenientiorem edidisse, eamque in occidentem nullo cum fructu transmisisse, post Athanasium Sozom. lib. 1. cap. 10. aperte indicat, his verbis: *Triennio vero iam intermissō (nimirum a priore Synodo Antiochiæ in encæniis anno 341. celebrata) episcopi orientis aliam fidei formulam, quam μαρτυροῦ, id est prolixam, vel multas lineas comprehendentem nominabant, propterea quod multo pluribus verbis ac nominibus quam priores formulae conscripta erat, episcopis occidentis misérunt: in qua, ut essentie Dei nullam facere mentionem, sic illis qui Filium Dei afferebant, vel ex nihilo ortum esse, vel ex alia essentia quam Dei patris constare, vel tempus sacrum ve fuisse quando non erat, anathema indixerunt. Quam formulā ab Eudoxio episcopo iam tum Germanicia, & Martyrīo & Macedonio ad se perlata, episcopi occidentis non receperūt. Nam responderunt se decretis Nicani Conciliū velle acquiescere: & prater illa nihil amplius curiose inquirendū curarunt. Hæc Sozom. eumque secutus Concl. Tom. 2.*

S 555